

www.e-rara.ch

**Fratris Alfonsi De Castro Zamorensis Ordinis Minorvm Regvlaris
Observantiæ, Almæ prouincia sancti iacobi, aduersus omnes hæreses
Libri quatuordecim**

Castro, Alfonso Peter

Lvgdvni, M. D. LV

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-136817>

Epistola nuncupatoria.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

ILLVSTRISSIMO

ATQVE REVERENDISSIMO

Domino D. Petro Paccoco, S. R. E. Presby-

tero Cardinali, & Episcopo Gien-

nensi, Frater Alfonsus à Ca-

stro Zamorensis, Or-

dinis Minorum.

S. P. D.



Aulus ille vas electionis, Illustrissi- 2 chor. 12
me princeps, qui ad tertium vsque
cælum raptus vidit arcana Dei, spiri-
tu quodam prophetico afflatus, quo
multa quæ futuris temporibus ventu-
ra mala præuidit, hæreses etiam quæ reliqua omnia
mala multis parasangis antecedunt, futuras esse præ-
dixit. Oportet (inquit ille) hæreses esse. Quam qui- 1 chor. 11
dem prædictionem veram fuisse, adeo re ipsa com-
probatum est, vt nullum fuerit, prohdolor, à Chri-
sti Saluatoris nostri in cælos ascensione seculum ad
hunc, vsque diem, in quo aliquæ non fuerint nouæ
ortæ hæreses, aut veteres reuocatæ. Nam primo illo
florentissimo, atque aureo seculo, quo certissimam
quisque facile poterat fidei tenere doctrinā, quip-
pe quam ab ipsis Apostolis vitæ & doctrinæ Chri-
sti Saluatoris nostri testibus oculatis, plenè discere
poterat, non defuere hæretici, qui nouis doctrinis
variisque hæresibus populo imponere conarentur.
Tunc enim Simon ille Magus, cuius in actis Aposto act. 7. 8.
licis meminit Lucas, nouam atque pestilentissimam

EPISTOLA

tentauit inducere hæresim, quæ ab illo, velut filia
quædam à parente nomen deducens, vtinam non
apud tam multos in hunc vsque diem perseueraret.
Sunt enim hæreses aliquot, quæ, quoniã à vitiis illis
ad quæ genus humanum est ex se procliue, suã tra-
hunt originem, nullo nunquam æui senio intereunt,
aut obliuione sepeliuntur, quemadmodum nec ipsa
vitia, quæ illas semper sunt generare parata. Succes-
sit deinde Menâder, qui veluti ouo progenitus eo-
dem, similia Simoni docuit, adeo insaniens, vt seip-
sum virtutem ex supernis à Deo missam, non fuerit
veritus dicere. Tunc Hymenæus, & Philetus, teste
paulo, resurrectionem mortuorum iam factam esse
docebant. Tunc Ebion^x cæremoniarum veteris le-
gis acerrimus propugnator, Vmbra corpori, figu-
ram veritati adiungere conabatur. Tunc^{*} Cerinthus
ille, cuius conuersatione Ioannes Euangelista adeo
exhorruit, vt sub eodem quo ille recto, vel ad bre-
uissimum tempus persistere nõ auderet, Carnis de-
licias in regno Dei futuras assererat, & Iudaicam
deutegorip populo persuadere contendebat. Altero
mox seculo, quum Ecclesiagenas suas plurimorum
sanguine martyrum adhuc ornatas haberet, multæ
atque turpissimæ ortæ sunt hæreses, quæ Ecclesiæ
venustatem eximiãque illius pulchritudinem, nisi
sponsus Christus illam seruasset, quod amodo obfu-
scare, atque denigrare potuissent. Valentinus tunc
magis Hesiodi fabulas, quàm Apostolorum doctri-
nam sequutus, noua quædam atque inaudita imagi-
natur rerum principia, triginta cœlos, trigintaque
asserens secula, quæ à triginta, quos ille fabulatur,
diis prodire docet. Turpissimas quâsque atque ne-
fandas

2. i. i. 2
* Anno domini 83.

*
vide infra fol. 244
Anno domini 55.

Anno domini 119 vide
Hilar. lib. 6. de trin.
Iren. lib. 3 cap. 3.

N V N C V P A T O R I A .

fandas libidinis soboles Basilides tūc obnixè com-
 mendat. Tunc Martiōn ponticus pugnantēs inter
 se Deos somniauit, quōrum vnum vetus, alterum
 nouum condidisse Testamentum dicebat. Tatianus
 huius vestigia sequitur, & vt aliquid nouum præter
 magistrum, quo clarior haberetur, confingeret, sa-
 luti primi hominis detraxit, illum prorsus damna-
 tum, & minimè per Christum assertum esse docēs.
 Seculo isto iam prope finem vergente, Mañes qui-
 dam Persa, iuxta nōmen suum insanienſ, tam hor-
 rendas non sine magno totius Christiani orbis in-
 commodo, huic mūdo ex inferno inuexit hæreſes,
 vt sanctissima quæq; prophanare, & obscenissimas
 atque execrandas hominū turpitudines sacratissi-
 mis altaris mysteriismiscere docuerit. Deinde aliud
 succedit ſeculū, in quo, pace data Ecclesiæ, quando
 iam colla principum se Christo per Constantinum
 subdere cæperunt, meliora sperabamus. Sed ecce
 tunc Arrii scintilla prodit, ex qua (vt Hieronymus
 ait) quia non statim repressa est, incendium adeo
 magnum & potens ortum est, vt Orientis & Occi-
 dentis Ecclesias grauissimis odiis, & velut intesti-
 no quodam & ciuili bello alternante, Principum
 fauore (vt moris est) multis ſeculis affligerit. Ab
 isto Arrio tanquam ex colubro quodam alia pro-
 diere genimina adeo venenosa, vt merito de illo,
 Esaiam prophetam dixisse putemus: De radice Co-
 lubri egreditur regulus. Aerius si quidē, & Aetius,
 Eunomius, Macedoniusque ab Arrio suorum erro-
 rum occasionem fumentes, peiora quàm ille doce-
 re tentarunt, non solū in Christū, sed etiā in spi-
 ritum sanctū impiissimas blasphemias euomentes.

*Amj ut Valentini
sup.*

*discipulus fuit Iustini
ut infra 176 v. 10
An 140*

*Amj Xpi. 273.
aut. Manichæo 74.*

Anno 310

tempore eodem.

viginti

cap. 14

*circa annū dñj. 340.
vid. infra 413*

Anno 398. in Britania
tania dicitur pelag.

Eodē seculo Pelagius Britto gratiæ diuinæ se apertum hostem ostendit, dicens in hominis potestate, & arbitrio situm esse à peccatis omnibus cauere, & meritis suis gratiæ diuinæ auxilio procul semoto, salutem assequi sempiternam. Post istos eodem ferè seculo, accedit Nestorius, vnam Christi personam in duas diuidere præsumens. Hunc proximè sequuntur Eutyches, & Dioscorus, qui Carybdim vitare

Adag. Eutyches
Anno 427. inf. 326.

Adag. Eutyches
ybt. in scyllam incidit
Chil. j. con. 8. p. 5.

putantes, in Scyllam inciderunt, duas Christi naturas in vnam tantum versas esse dicentes, vt vel sic vnam contra Nestorium personam tuerentur. Istis omnibus iam senescentibus, & in interitum vergentibus hæresibus, quæ per aliquot iam secula vixerāt.

Anno 566. inf. 343

Ecce Macharius quidam Antiochenus Episcopus oritur, vnam tantum asserens in Christo voluntatē. Hac ex orbe deleta hæresi ne non verum dixisse putetur Paulus, quum hæreses futuras esse prædixit, aliæ mox per sua tempora vicissim successerūt, quæ diuersis ducibus, variisq; argumentorum machinamentis semper Ecclesiā vexauerunt. Quas quia intra angustum vnus epistolæ alueum non possum omnes corriuare, silentio eas nūc prætereundas censui, latiore Campum illis postea daturus. Sed vt semel coeptum prosequar institutum, opus est vt ad seculum hoc nostrum in quod fines seculorum deuenerūt, nostra percurrat oratio, vt vel inde re ipsa omnes sibi persuadere possint verum esse id quod suprā dixeram, nullum fuisse seculum à Christi seruatoris nostri in cælos Ascensione, in quo aliqua non fuerint nouæ ortæ hæreses, aut veteres renouatæ. Nam hoc nostro miserabili seculo tot tamque pestilentes natæ sunt hæreses, quæ tantum negocii viris

N V N C V P A T O R I A

viris doctis, atq; adeo toti ecclesiæ hucusque facef-
 sunt, vt vix tot retro actis seculis tã multos, aut tam
 truculentos Ecclesia vnquã perpeffa fuerit hostes.
 Sub Leonis decimi tempora, quum respirationem
 aliquam ab hæreticorum infestationibus Ecclesiæ
 datam esse arbitrabantur omnes, ne hæreses, quæ in
 aliis multò foelicioribus seculis inundauerant, huic
 nostro seculo tot vitiis pleno non deessent; Ecce
 repente atque insperato Lutherus velut Cerberus
 ex orto prodit omnem ferè post se trahens damna-
 torum hæresum cateruam. Nam multiforme hoc
 monstrum, & (vt ita dicam) fabulosæ illius multi-
 cipitis hydræ serpentinam formam in se vno expri-
 mens, quicquid fermè horrendum est ac pernicio-
 sum, turpe; execrandum, abominabile, atque incre-
 dibile, id à singulis hæreticis accepit, & seipsum in
 eos omnes transformauit. Si poetarum more lude-
 re Christiano viro liceret, quemadmodum illi, Py-
 thagoræ animam in Euphorbum trāslatam esse fin-
 xerunt, ita & nos multorum, ne dicam omnium
 hæreticorum animas in vnum Lutherum transfu-
 sas esse diceremus. Nam in votorum libera; quam
 docet, violatione, Turrelupinum se fecit. Sacerdo-
 tes omnes Episcopis æquans; in Aerium se trans-
 formauit. Ieiuniorum virtutem, & meritum prorsus
 extenuans, Iouiniani mentem induisse videtur Be-
 gardorum, atque Beguinarum insanum suscepit spi-
 ritum, quando superioribus suis obedientiam ne-
 gandam esse docet. Quando verò Sanctos non esse
 orandos contendit, Eustachium in Concilio Gan-
 grensi damnatum, & Vigilantium à beato Hierony-
 mo acriter reprehensum, imitatur. Vt non solum vi-

00
 eligunt; 513 cedit
 annis. 9.

No. 1517. movetur
 18 Kalen Feb. No. 46.

No. 340.

à D. Hieron. vltis

No. 387.

Anno. 1341.

Anno 398

EPISTOLA

uis, sed etiam defunctis, tortuosus hic serpens potentissimè incommodaret, suffragia defunctis nihil prodesse asserit. Qua in re multorum hæreticorum, Valdēnsium videlicet & Albigen^{sium}, Græcorum & Armenorum figuram suscepit. Excommunicatio nes ecclesiæ contemnens, & omnes Ecclesiæ cæremonias subsannans, Valdensem, Vuitclefitam, atq; Hussitā se esse apertè demonstrat. Quum operibus detrahit, vt fidem extollat, in Eunomiū se transformauit. Quādo mandicitatem liberè pro Christo susceptam irridet, Dēsyderii Longobardi, & Guillelmi de sancto Amore, spiritu impio ductus apparet. Quando Petri & successorum eius primatum tam hostiliter insequitur, in Mārsilium Paduanum, aut in Ioānem Vuitclef, seipsum transfigurauit. Rara denique est veterum hæreticorum familia, cum qua non habeat aliquid commune Lutherus, præsertim ex his quæ de moribus differunt. Nec solus Lutherus hoc seculo prodiit, tanta est huius seculi infœlicitas, sed multorum hæreticorum agmine, ceu quodam Satellitio stipatus processit, qui illum tantquam ducem primò egredientem expectasse videntur, vt illum deinceps sequerentur. Illi enim statim adheferunt, Philippus Melancton, Conradus Pellsicanus, Lambertus, Fabritius capito, Osiander, Sturgenius, Martinus Butzerus, multique alii temporis successu cateruatim se illius familiæ inseruerunt. Prodigierunt etiā alii, qui & si multis Lutheri hæresibus subscripserunt, sub illius tamen vexillo militare dedignati, nouas quasdam confinxerunt hæreses, de quibus inter eorum quemq; & Lutherū minimè cōueniret, vt vel hoc nomine eorum quilibet propriā instit

Anno 1152.

* Anno 1212.

Dominicus de Guis.

X Christiāni sunt

Ad 572.

O. inceptit A. 1379.

conuenit co. p. 14.

1414.

Anno 1259.

A. 1250

Anno 1290

Anno 1350.

Cave. Anno 1522.

N V N C V P A T O R I A.

institueret acie, cuius ipse dux haberetur. Fuit enim semper atque est omnibus fermè hæreticis insita quædam popularis gloriæ cupiditas, quæ nimiû eos sollicitat nouam aliquam confingere doctrinam, vt rei nouitate alios in sui admirationem trahant. Carolstadius à Luthero diuiditur, Zuinglius ab utroq; separatur, Oecolampadius his omnibus cõtradicit. Anabaptistæ denique omnium pestilentissimi cæteris omnibus aduersantur. Tot certè atque tanta hoc nostro seculo nata sunt hæreticorum monstra, vt nouo quodam Hercule monstrorû domitore esset nunc opus, qui illas omnes ex orbe profligaret. Quorum omnium hæreticorû sibilis serpentinis, quâ totius ecclesiæ dininis vocibus magna Germania pars obedire malens in varias hæreticorum factiones diuisa est. Et vtinam pestis hæc intra solos Germaniæ fines se contineret, & non in reliquas Christiani orbis partes tã sæuè atque potenter grassaretur, vt iam rara sit Christiani nominis prouincia, in qua aliqui non sint, qui publicè aut latenter Lutheri nomina dederint, & in illius verba iurauerint. Verùm in hoc calamitoso atque adeò miserando seculo, Deo ita disponente, qui Ecclesiæ suæ immodicam curam semper habet, non defuere viri bellatores strenui, dexterrimique milites, qui pro fide catholica viriliter pugnaret, & se opponerent pro muro domus Israel. Non enim patitur Deus Ecclesiam suam tentari suprâ illius potentiâ sed facit cum tentatione prouentû, bonos constantésque viros, quos ante illa non habebat, illi reddens, & quos in latebris reclusos tenebat, in publicum prodire cogens, vel vt sic Ecclesiam suam, quæ est ve-

Æ. A. 1530. resuscepit

1 cor. 11

lut quædam castrorum acies ordinata, hostibus terribilem & formidabilem faciat. Nam, teste Paulo, ob hanc causam Deus hæreses esse permittit, ut fideles suos probet, mundoque faciat manifestos. Oportet, inquit ille, hæreses esse, ut qui probati sunt manifesti fiât. In tanta igitur hæresum inundatione, duplici ex causa nihil necessariû fore censui, ut aliquid in communẽ utilitatẽ aderẽ, quod ceu antidotũ quoddã, tam latè grassanti morbo aliqua ex parte posset occurrere. Primò quidẽ ut talentum mihi creditũ, Deo à quo acceperam cum vsuris redderem. Deinde ut fidem meã hominibus qui solum ea quæ foris patent, intuẽtur, manifesto aliquo testimonio probatum facerem. Ob has causas antevndecim iam elapsos annos, anno videlicet tricesimo quarto supra millesimum quingentesimũ opus quoddam ædidi quatuordecim libris partitum, in quo omnium hæresum, quæ post Christi in cœlos ascensionem, in Ecclesia fuerant ortæ, certissimam primò rationem reddere curavi, mox contra illas omnes singulari quodam minimeque omnium iudicio, infœlici certamine pugnavi, ut vel hac via omnes istos recentes hæreticos, à fœcibus iam olim ab Ecclesia reiectis, suas hæreses hausisse, apertissimè demonstrarem: & sic illis fidem detrahendam esse conuincerem. Quod opus, illi Deo fauente causamque (ut Christianè loquar) suam agente, adeo catholicorum omnium oculis placuit, ut infra septennium fuerit iam quater typis excussum, ter Parrhisiis, semel Coloniæ. Quæ res animum meum vehementer stimulavit, ad opus hoc iterum diligentissimè reuiscendum, ut si quid fortè deesse

N V N C V P A T O R I A.

esse conspicerem, addendum curarem. Fateor quidem, nec volo hac in re culpam meam deprecari, qui in plures annos opus hoc premere debuisssem, & terque quaterque recognoscere, antequam illud in publicum prodire permitterem. Sed utcunque hanc tam celerem operis æditionem excusat, quòd amicorù precibus cõpulsus, qui me quotidie solici-
tabant, atque ad ædendũ impellebant, abortire co-
actus sum. Relegi opus semel & iterum & meo ipsius periculo didici secundas curas semper esse melio-
res, tertiàsque meliores secundis. Nam aliquot hæ-
reses deesse comperi, quarum aliquas sciens omi-
feram, propterea quòd de illarum erroribus non mihi plenè constabat: & nolui in re tam seria teme-
rè quidquã diffinire. Aliæ autẽ multę hæreses, aliud mihi agenti, cùm plurimos euoluerẽ authores, quos intentis semper in hanc rem oculis lego, occurre-
runt. Deinde circa priores illas hæreses, quæ in pri-
ma editione habebantur, multa quæ ad ipsarum hæ-
resum pleniorẽ cognitionem, aut faciliorem ex-
pugnationem mihi visa sunt necessaria, addidi, alia in-
uerti, alia quãuis paucissima prorsus deleui, ut me-
liora pro illis substituerem. Tot igitur ac tanta post
primam illam Parrhisiensem, & alteram Colonien-
sem æditionem, addita, & inuersa atque permutata
sunt, ut nouum iam opus meritò censerì debeat,
quod nouum iustè desideret patronum, præsertim
cùm prior illè, cui primò opus hoc olim nuncu-
paueram, extremum iam egerit diem. Nam cùm
primò illud ædidi, Illustrissimo dmino D. Ioanni
Taueræ. S. R. E. Presbytero Cardinali, & Ar-
chiepiscopo Toletano illud dicaui. Si quis igitur
tur mihi

tur mihi exprobrare voluerit, quòd vnica filia duos
 assequi generos velim, opprobrium hoc duplici no-
 mine facillimè reiicere valeo. Primò quidem vni-
 cam tantum esse negabo, sed hanc alteram esse illius
 germanam contendam. Deinde si quis fortè eandè
 vnicam esse euicerit, viduam tamen illam esse, non
 poterit inficiari. Nihil igitur obstat, vt dote aucta
 præsertim cum illa absq; liberis, & absq; vllò man-
 ferit fœtu, alteri atque adeo Nobili tradatur mari-
 to. Quem cum summo studio, summæque diligentia
 intra me ipsum cogitabundus inuestigassẽ, nullus
 alius præter te Illustrissimè Princeps mihi vnquàm
 occurrere potuit, cui tanto cum honore illam do-
 nare potuissẽ, qui omni virtutis splendore orna-
 tus, nemini huius temporis Episcopo secundus ha-
 beris: sunt enim in te vitæ probitas, morum integri-
 tas, rerum gerendarum prudentia, cum sanguinis
 Nobilitate, quæ in te est clarissima, tam dubio cer-
 tamine contendentes, vt quæ cui præferatur, non
 facilè quis discernere possit. Tanta est generosi san-
 guinis tui claritas, vt siue paternum, siue maternum
 tuum genus exactissimè quis perscrutari, & antiquis-
 simas illius origines repetere velit, comperiat certo
 nullum esse in Hispania, aut antiquitate vetustius,
 aut diuitiis opulentius, aut clavis facinoribus Illu-
 strius, nam Paccecorum familiam, à qua paterno
 sanguine ducis originem, vetustissimã apud Hispa-
 nos esse, facilè intelliget, qui Cæsaris Commenta-
 rios legerit, in quibus ille (si me non fallit memo-
 ria) cum de rebus in Hispania gestis differit, cuius-
 dam Pacceci viri tunc nobilis, atque bellatoris stre-
 nui apud Lusitanos meminit. Domus autè de Gue-
 uara

N V N C V P A T O R I A.

uara cui materni sanguinis causa infertus es, tanta pollet sanguinis nobilitate, tam longóque sanguine censetur, vt non solúm Regiæ antiquitati se æquandam putet, sed ipsis etiam Hispaniarum regibus aliqui Historiographi non vereantur dicere vetustiorum. De tuorum autem morum integritate, rerumque gerendarum prudentia, non est mihi nunc mens differere, ne rem per se clarissimam, aut obscuram, aut suspectam reddam. Præsertim quod Christianissimus atq; adeo Inuictissimus Cæsar Hispaniarumque Rex, tam integrum tuarum virtutum dedit testimonium, vt omnium ferè senatuum quos ille plurimos ad suorum regnorum administrationem iuste exercendam habet, te olim visitatorem instituerit, vt si fortè aliqua ex parte apud illos iustitiæ deliraret amussis, tua bonitate, & prudentia corrigeretur. Deinde ad hoc æcumenicum Tridentinum Cōcilium, & si multos Cæsar ex ditione sua vocauit Episcopos, te tamen propter zelum, quæ ad Ecclesiæ reformationem in te cognouit ardentissimum, omnium Corypheum, vel (vt rectius loquar) antesignanum huc direxit, quem cæteri sequerentur. Demum ob innumeras atque egregias animi tui dotes, ipso Cæsare petente, Paulus tertius, qui nunc totius Ecclesiasticæ nauis clauum, atq; moderationem tenet, ad Cardinalatus apicem te ascinit, splendorem nō paruum tuo nomine tanto Collegio additurus. Vale illustrissime Princeps, & meum hoc studium, & officiū erga te meū agnosce. Datis Tridenti vltima Nouemb. anno Domini M. D. XLV.